Tridentino Seſſ. 24. cap. 4. de Reformatio ne Matrimonij, ac libere in illis gradibus matrimonium contrahi poſſit, & præterea etiam inceſtus non committatur: conſequitur manifeſtê, quod ex hac copula illicita vnius coniugis cum conſanguinea, vel conſanguineo alterius coniugis, non orietur impedimẽtum aliquod affinitatis inter prędictos coniuges; ac proinde matrimonio cõtracto vti poterunt à fortiori, & non erit neceſſaria diſpenſatio. Supereſt igitur, vt in primo & ſecundo gradibus tantum ea opus ſit. Ita tenent viri doctiſsimi, inprimis Doctiſſimus Pr̃ Magiſter à Veracruce in ſuo Speculo coniugiorum art.21. de impedimento affinitatis, & Frater Emanuel in Explicatione Cruciatę. §. 9. nu. 143. Et. 1. p. Sũmę cap. 223. cõcl. 3. nu. 4. Et. 1. To. qq. q. 63. art. 1. Doctiſsimus Ioãnes Gutierrez lib. 1. Canonicarum.qq. ca. 23. circa finẽ. Nauarro lib. 4. Conſiliorũ de Conſanguinitate, & affinit Cõſilio. 3. nu. 3. &. 4. Candelabrum aureũ. 1. p. Tit. de Affinitate, nu. 209. Et ita conſulti tenuerũt Magiſtri Salmãticenſes & Cõplutẽſes & eandẽ opinionẽ ſequunt̃ Guerrero Archiepiſcopus Granatenſis, & Blancus Archiepiſ-